

pionum. De his ac libibus catholicis praedicatores, priuostis alii latini et suavius, apii augusti et auctoritatis, prout singulari gratia divina largita est, sermones ecclesiasticos texuerunt. Haec vero nescio quas novas absolutes, quas verius dictionis pabiles deceptiones, ne ipi litteris omnino reperiuntur, nec facias eos credimus, nisi uno illo die, quo communione ecclesiastica more antiquitus instituto possenteibus reddehant. Audacter hoc, sed fideliter et nullo modo arroganter maiestati vestrae scribere-

A dum esse putavi, sciens per auctoritatem vestram quodiam nascentem et adhuc latentem istam impressionem posse levius resecari, quoniam omnis sententia apud multos tantum habet ponderis quantum est persona proferens potentiam secularis. At vero prudentia vestra nequaquam ita sepius, neque rationem posset ex fortuna hominis, sed hominem molitur ex momento rationis. Deus omnipotens augeat vobis facultatem intelligendi et consequendi suam voluntatem,

CIRCA AN. MLV.

## MONACHI CUJUSDAM EPISTOLA.

AD ODERICUM ABBATEM MONASTERII VINDOCINENSIS.

De Haymonis Homiliario (1).

(Apud MARBL. Anni. Bened., lib. LXI, tom. IV, p. 574.)

Bonmo. sue abbati: O. frater R., orationes in Chiesa.

Pater charissime, scio vos volumus quod codicem  
de quo audivisti, pretio magno a Martino, qui est  
modo presul, contulisse emis. Una vice libertus causa  
caecorum ova illi dedit; altera vice, causa ipsius liberti  
anum modium, fragmenti, et alterum sigillata, et ter-

tium du milio. Iterum hac quadam causa centum oves:  
altera vice, quaedam peciles martirinas. Cumque se-  
paravit se a comite, qualior libertas, ovium emendi-  
cione, ab illa accepit. Postquam autem requisivit  
decorios, illi conqueri cepit de libro. Ita statim  
dimisit illi quod sibi debebat.

(1) Hac epistola, tametsi in speciem non magni  
momenti, hic referenda videtur, ex qua nimirum

intelligitur quanti tunc temporis constarent libri  
quaque hoc Homiliarium haberetur.

## CONGREGATIONIS S. ALBINI ANDEGAVENSIS

### EPISTOLA

AD P. PAPÆ NEPOTEM

Congueritus de injustitia legati apostolici in causa ecclesie S. Clementis de Credonio (1),

(MARTEN. Anecd. t. 201.)

Domno P. papæ neposi congregatio S. Albini.

Quam diligenter, D. vir nobilissime, domina G.  
[Gerardus], Ostiensis episcopus, jucundus apostolicos  
obedierit, dignitati vestre non minimum solliciti  
suimus intimare. Certe D. papa, nisi vos feceritis me-  
moria, sagacitate vestra interveniente, jussorat quod,  
si legatorum pars Romam, aliis revertentibus,  
jerat, tempestive rediret ille, causam nostram in

C subtili indagatione examinataam justo fine determina-  
ret: quod si fieri nequisset, scilicet mora præ-  
dictam partem divinam tarditatem impendiente, vel rei  
veritatem testimonio exploratam sibi renuntiaret.  
Hoc igitur, litteris apostolicis perfectis, legato nostri  
nihil certitudinis prius respondit. Postea vero pa-  
triam nostram ingressus, Turonisque plures dies  
demoratus, causam nostram etiam obsecratus au-  
Baluzius in Miscellaneorum lib. II, ad quam respicit  
hac epistola.

(1) Acta controversiae quæ inter monachos S. Albini  
Andegavensis et Vindocinensis de ecclesia S. Cle-  
mentis de Credonio agitata est, edidit V. C. Stephanus

dire nobens, extra fines nostros sequi se nos admovuit, dicens se narrationem nostram auditurum Vindocino vel apud Carnotum. Uterque locus nolis nimium contrarius. Hinc quod undique imminentibus insidiis hostium, tam munerum quam personarum tali quæstiōni congruentium, copiam illuc conducere nobis vel impossibile stabat vel difficillimum. Inde quod adversarii aderat facultas, sicuti dominis sive domesticis illius regionis, tam pecuniae ad animos judicium corrumpendos, quam amicorum ad ipsam justitiam magis garrulitate impudenti, quam facundia laudabili perversandam astotorum. Quid ergo? Vix cum paucis suffragiis, Vindocino præterito, Carnotum ingressi, in curia pontificis A. [Artaldi] Vindocinensis quondam monachi multis personis tam sub monachali, quam sub clericali habitu degentibus, ipso G. narrationem cum contrariis nullius opposita objicientibus ponderis habuimus, qua bis aut amplius duos dies dilucidissime perorata, cunctis præter eorum sautores susurrantibus, seu aperte affirmantibus S. Albinum causam habere justissimam et honestissimam: illos vero e contrario. Nos exspectantes sententias judicium ex auctoritate canonum et cardinalis definitionem juxta papæ præceptum, nulla eum impeditio repugnantia, excepto Carnotensem episcopo, homine, ut dicunt, versutiarum magistro; ex conventu ipse cardinalis et prædictus A. in quoddam diversorum consulendi gratia conduxerunt. Nobis autem possessionem ecclesiæ jure hæreditario stabilem propter pecuniam numeratam renuentibus ex petitione eorum alienari, asseruit cardinalis se nihil causæ impositurum definitionis in sessione præsenti, jubens secum ire ad illud concilium Parisius post paucos dies adfuturum. Nos vero in ipso itinere arripiens, cuique singulatim capere nummos suadendo, quantum precum, quantum minarum, nunc blandiendo, nunc deterrendo consumpsit, in epistola scribi non potuit: Vel inde lux clarus apparuit eum magis paratum partes eorum specialiter defendere, quam inter partes aequanimiter judicare, cum leges sacerdtales prohibent quem defensorem simul esse et judicem. Parisius etiam multum et a multis.... xatus coram..., episcopisque pluribus qui aderant, ut finem labori nostro daret, testibus nostris præsentibus, jus nostrum affirmare paratis, cum nimia ira nihil profuturos respondens, ad illud nescio quod consilium

A in alienis partibus affuturum invitavit; ita tamen quod si nec illi quæstio finiretur, Romanum repetieremus. Impedimentis nos non posse tēs holdomadas jam secum demotos pluribus palam escasis, excipere necessitatem noluit. Quid plura? Gaudium ab apostolica maiestate vestra adeptum benignitate vertitur in merita. Quam aspere, imo quam crudeliter nos deterui, exasperavit, cum quibusdam publice contendit, opprobrium fecit, et in absconso sepe jus factum, si Romanam synodus expeteremus, promisi. Quoniam in honestate Frotmundum bene vobis nolum, et hospitio suo ipse pulsando manibus suis expulit! Fastidium vobis fieri metuentes, quippe homini de tantis rebus tractanti non suimus ausi, justis adipiscendæ omnem spem prorsus abscondit. Ne igitur tristitia constrictos redeentes episcopos L. arripiens ducit. nas libras propter ecclesiam contra canonum interdicta multis precibus persuasit. Haec tristes in capitolio suo fuga justitiae compelle annuimus. Insuper ab abbe nostro extorti, quod illam conventionem in capitulo sno Andecavis monachis suis faceret confirmari: qua de re nondum consensu congregationis S. Albini auditio, charta contra consuetudinem fieri Carnoto præcepit. Noster igitur abbas, priore suo absente, nec vocatis decanis, nec viris majoris intelligentiae et ætatis, minoris partem, quæ præsens inerat in capitulo, suo sensu vel ætate puerilem conventioni annuere coegit, quibusdam aperte repugnantibus, cunctis pece clamitibus, se invitatos, se coactos, tali concordare patet. Unde inter nos exarsit contentio peior quam crīsis sedatio, ac propter hoc præsens malum noverit hinc germinare non parvum Ecclesie inantea detrimentum. Nam nulli ecclesiæ ministri auctoritatē ex apostolico legato retinentes, vendere aut doare amplius verebuntur, parvipendentes columnas pauperum ab hæreditate ecclesiastica stipem expectantium. Et hoc pro certo sciatis, nullum deinceps auditio causæ nostræ fine, Romanum petitum casus justitiae. In ore enim omnium volvitur illud propter Jugurtinum: Romanum venalem esse, si emplorem invenerit, et omnes Roma discedentes. Quare, vir prudentissime, tanti morbi pullulationi resistere ne rata remaneat elaborate. Hoc apostolici vigilans D suggeste, ut ad nihil redigatur.

## ANONYMI FISCANNENSIS

### LIBELLUS

DE REVELATIONE, AEDIFICATIONE ET AUCTORITATE FISCANNENSIS MONASTERII.

(R. P. Art. du Monstier, *Neustria Pia*, Rothomagi, 1663, p. 193.)

## ADMONITIO PRÆVIA.

Quidam opinati sunt abbatiam Fiscannensem ex recentioribus esse que sub finem secundæ stirpis regi